GREGORIUS MAGNUS. HONORIUS AUGUSTODUNENSIS
2. Hälfte 12. Jh. Seite 60r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36569
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



inde dampnatur. Hinc enim per psalmistam rursum dicitur: de
iecisti eos dum alleuarentur: quia uidelicet reprobi cum rec
ta opera diuinis muneribus non rependunt. cum totos se hic de
serunt et affluentibus prosperitatibus dimittunt unde exterius proficiunt. inde ab intimis cadunt
Hinc est quod in inferno cruciato diuiti dicitur. Recepis
pisti bona in uita tua. Ideirco enim bona hic recipit et ma
lus ut illic plenius mala reciperet. quia hic fuerat nec per bona con
uersus. At contra admonendi sunt qui ea quidem que mundi
sunt concupiscunt. sed tamen aduersitatis labore fatigantur. ut sol
licita consideratione perpendant. creator dispositorque cunctorum
quanta super eos gratia uigilat quos in sua desideria relaxat.
Egro quippe quippe quem medicus desperat concedit ut cuncta
que concupiscit accipiat. Nam qui sanari posse creditur. a mul
tis que petit prohibetur: et pueris nummos subtrahimus. quibus
tota simul patrimonia heredibus reseruamus. hinc ergo de spe
eterne beatitudinis gaudium sumant. quos aduersitas uite tem
poralis humiliat. quia nisi saluandos in perpetuum cerneret. eru
diendos sub disciplinę regimine diuina dispensatio non fre
naret. Admonendi itaque sunt qui in his que temporaliter
concupiscunt aduersitatis labore fatigantur: ut sollicite
considerent quod plerumque etiam iustos cum temporalis
potentia sustulit. uelut in laqueum culpa comprehendit.
Iam sicut in priori huius uoluminis parte iam diximus:
dauid deo amabilis rectior fuit in seruitio quam cum puer non
ad regnum. Seruus namque amore iusticie deprehensum ad
uersarium ferire timuit. rex autem per suasione luxurie de
uotum militem et sub studio fraudis extinxit. Quis ergo opes. quis
potestatem. quis gloriam querat in noxie: si et illi extiterunt
noxia qui hec habuit non quesita. Quis inter hec sine magni
discriminis labore saluabitur. si ille in his culpa interuenien
te turbatus est. qui ad hec fuerat deo eligente preparatus. Admo